



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Relabitur in morbum. 45

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

legerat: cū institit reputare apud
 animum suum, qui in consue-
 dinem rediret: pergeretque in
 corpore exercendo rursus pericu-
 la vilia habere. 45 Sed ingentibus
 animis nimirum vires obnuncia-
 bant. Nam cōtinuò eadem inua-
 litudine secundū tertiumque pes-
 fundatus, atque à stomachi præ-
 fertim iniurijs miserè impeditus:
 cedere demum insultanti fortunæ
 cogitur. Et quòd dudum monuê-
 re amici, vt mitius in corpus suum
 ipse consuleret: exoratus, se in eo-
 rum auctoritate futurum osten-
 dit. Ita corpori regendo, ac defen-
 dendis frigoribus, duplices, rudi
 opere, & colore Veneto, tunicas
 admisit: Indidem & cucullū, ca-
 piti vile tegmen, recepit. Dubitaf-
 ses, vestimento se ille, an ludibrio
 induisset.

Proximè anuum in eo iam op-
 pido **IGNATIUS** substiterat: cū
 inte-

interea loci opportunum credi-
 dit, si desiderium Palæstinæ, quo
 se ardere sentiebat, persequeretur.
 46 Re deliberata, excedit Manre-
 sa & Barcinonē solus proficiscitur:
 comites, qui se multi obtulerant,
 sibi diuina cogitabundo, neque
 in humana ope nitenti, haud ma-
 gnopere necessarios ratus. Simul
 eò peruenerat, vrbis templum in-
 greditur: ibi dum verba ad popu-
 lum fiunt, inter puerorum statio-
 nē, sub arę gradibus adsidet. 47 A-
 derat cōmodum & primi nominis
 fæmina, Isabella Rosella; ea homi-
 nem peregrinum non vtique eum
 esse, quem se ferret, suspicata, info-
 litò mouebatur. Nam, quod mul-
 tò post ipsa mihi commemorauit,
 IGNATHI sensit ora tunc radiare:
 seq, intimè percelli, ac velut vocē
 humana occultiorē accipere, qua
 eū accire iuberetur. 47 Obsecuta
maiori mulier imperio, curat sub
dimis-